

QUÆSTIO XIX.

Quare ad Paulum futurum Ecclesie Doctorem instruendum non destinatur aliquis ex magistris Apostolis, sed Ananias?

135. Deus consulens Paulo ait Ananiam, ut in platea, quae dicitur Rectus, Quare in domo Juda Saulum nomine Tharsensem ecce enim orat. D. Chryso- stomus homil. 20. in Acta ait: Iam hoc loco metum Anania minuit dicendo: e ce enim orat, quasi hoc dicit, cecus est. Cæcitatem cum oratione conjunxit, Illa est cum Deo perfectissima collocatio, & tranquilla meditatio, quæ compresso, & alligato sensu à tumultu, & evagatione habetur.

136. Ad quæstionem merito addubitat Oecumenius cur de Saulo, Paulum futurum Ecclesie Principem & Doctorem non mittitur aliquis ex Apostolis, ut eum in rebus fidei illuminet, sicut missus fuit Philippus, ut instrueret Æthiopem Regina Candacis supra Actor. 8. num. 26. sed Ananiam ex discipulorum numero tantum munus committitur.

137. Dubium à se propositum ita solvit Oecumenius: Quoniam, ait, per homines inducturus Saulus non erat, sed per Jesum Christum, siquidem Ananias nihil eum docuit sed tantum baptizavit: simul enim, ut illuminatus est, magnam spiritus gratiam, à zelo animique promptitudine attracturus erat. Tamquàm si dicat per idoneum Pauli ingenium, & ad summa quæque per ampla capacitas, & fugaci ingenio, & à bona, & acri indole singulariter impressa, tamquam apto instrumento afflante divina gratia magna mysteria perciperet, quæ intelligenda rumina- ret, magnam spiritus gratiam à zelo, animique promptitudine attracturus erat.

De altissima Divina Sapientia, ac providentia dicitur Sapient. 6. num. 17. Quoniam dignos se ipsa circuit querens, & in viis ostendit se illis hilariter & in omni providentia occurrit illis. Quem locum phitius apud Oecumenium de paulo explicat, & denotat altissima benignitas divinæ sapientia, quæ rejectaneos, & inidoneos negligens solerter inquirat, & circumquaque per vestiget dignos, & ac republicæ muneribus idoneos, Divina Sapientia prævidebat Paulum per idoneum ministrum novi testamenti, ait Phitius citatus: Ambibat Paulum præveniens gratiam Cælestis gloria. Christus dominus contemplantur altissimam Pauli indolem, acre ingenium, fervidam naturam ad Evangelium latè propagandum gratia divina operante, ac Cælesti luce præveniente, ac illuminante: Tunc eum circum- vit querens & cælestis gloria præveniens gratiam Paulum ambit? Ut divina gratia fulgentissimum ecclesie ministrum: Et in viis ejus operationibus, prædicationibus se ostendit deus hilariter multum delectans, & occurrit cum nova gratia ad majora opera edenda: Vide quæ dixi supra quæstione 3. ex D. Augustino.

Actor. 9. n. 13. Respondit autem Ananias: domine audivi à multis de viro hoc quæ- ta mala, fecerit sanctis tuis in Jerusalem, Num. 14. Et hic habet potestatem à Princi- pibus Sacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen tuum.

D. Chry- stomus Oratio ab animo separato à summu.

Difficultas quæstio- nis.

Actor. 8.

137. Occum Optimum dignum multum juvat ad magna opera.

138. Sapient. 6.

Phitius.

Cælestis gloria multa cum Paulum ambit.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE VII.

139. Verf. 13. Domine audivi, à multis, hic Ananias ut ait Lyranus se excusat à missio- ne. D. Chrysof. Tamquam si dicat, quid me projecis in os Leonis? Cur me huic prodixit? Tam famofus Christianorum persecutor erat Saulus, tamque nota erat in omnium ore ejus seditio: Audivi à multis de viro. Dicitur vir hic, quia vere vir erat triginta quinque annorum, cum tamen supra c. 7. n. 57. in lapidatione Stephani dicatur adolescentulus ut ex illa lubrica ætate, ut ait D. Ambrosius lib. de Joseph: Ut qui vocabatur ad gratiam excusaretur, à culpa: & subdit Textus, Quanta mala. Syriacus, Æthiopicus: Quot mala. Arabicus. Quanta sit numerus malorum qua preparavit adversus sanctos suos. Ita probe omnes vivebant juxta legem Dei, ut vita dicerentur Sancti.

Verf. 14. Et hic habet potestatem à principibus Sacerdotum. D. Chrysof. à summis Sacerdotibus. Verf. 1. dicitur quod Saulus petiit epistolas à Principe Sacerdotum, sub quo intelliguntur minores Sacerdotes, & hac de causa Ananias loquitur in præfenti in plurali, vel quia Ananias cum esset metu correptus, metus semper adauget, ut unum multa videantur: Alligandi omnes Syriacus, Vincendi illos omnes Arabicus. Stringendi omnes, qui vocantur nomine tuo. Æthiopicus: vocantes nomen tuum.

QUÆSTIO XX.

Quare Ananias cum audiat à Christo Paulum orare & esse jam conversum ipse tamen eum reputat adhuc infidelem, ac persecuto- rem?

141. Dixit dominus Ananiam de Paulo ipse orat, in quo manifestavit jam paulum esse conversum à sua perveritate. Tunc Ananias ait: Domine Audivi de viro quanto mala fecerit sanctis, quæ verba non fuerunt dicta ad Anania tamquam hesitante de verbis domini, alias esset reprehensus, ut factum legimus cum Zacharia Patre Joan. Baptistæ Luc. 1. numero 20. & cum Nicodemo Joan. 3. numero decimo, ac cum Capharnaitis. Joan. 6. num. 6 Sed extitit quædam interrogatio cupientis scire modum tantæ mutationis, ac conversionis, quod absque ulla culpa fieri potuit, sic & Abrahamus audiens magnificam, & amplam Dei promissionem ait: Unde scire possum, quod possessurus sim terram hanc, Genes. 25. numero octavo quod statim ei Angelus aperuit. Imo, & Sanctissima Virgo maria absque ulla dubitationis umbra ab Angelo quæsitur volens scire modum mysterii, ut maxime conformaretur cum divina voluntate. Quomodo fiet istud? Luc. 1. & angelus declaravit, ut notant omnes Patres. Augustin. D. Ambrosius. Cyrillus. Jerosolymit. Bernard. Theodoret. & alii, quos citato loco adduxi. Tamen si dicas, ut multis placet, quod Ananias dubitaverit de Conversione pauli, merito inquire, quomodo dubitat, cum ipse habuerit divinum præceptum, ut Paulum adiret: Surge vade, dinde de ejus divina fide suscepta audit divinum testimonium: Ecce enim orat, quæ dicta sunt, ut Ananias, nec timeret, nec dubitaret de paulo jam converso, ut supra dixi D. Chrysof. Glossa Interli. Lyran. Carth. Quomodo ergo Ananias adhuc dubitat, adhuc recusat Paulum adire, ut dicat Chrysof.

139. Lyra. D. Chry- stomus.

D. Ambr. Excusatur Paulus à culpa Syriac. Æthiop. Arabic.

140.

D. Chry- stomus Metus au- get res.

Syriac. Arabic. Æthiop.

141.

Luc. 1. Joan. 3. Joan. 6.

Ananias non dubitat, sed vult scire modum. Gen. 15.

Luc. 1. D. Aug. D. Ambrosius. D. Bern.

D. Chry- stomus. Glossa Interli. Lyran. Carthul.

Chrysofomus supra datus in ejus nomine: Timeo ne forte me in Jerusalem ducat, quid me projecis in os Leonis? Jam Paulus totus erat mutatus in fidem, ac amorem dei, quia tamen agnitus fuerat, ut famofus credentium persecutor, & quam de ejus meliori statu ad stipularetur divinum testimonium, adhuc Ananias, non ex his, quæ in præfentiarum erant, sed ex antiqua opinione male de Paulo sentiebat, ut homo suum proximum corrod- dat, non appendit præsentia, sed ad præterita oculos conjicit.

144. Cum Christus recubisset in domo Pharisæi, ingreditur Magdalena, & stans retro, secus pedes ejus lachrymis cepit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus & unguento ungebat. Luc. 7. numero 38. Quæ nulla majora præsentia contritionis signa considerari possunt, omnia peccati instrumenta in dei obsequium convertuntur, & tamen Pharisæus videns ait: Si hic esset Propheta, sciret qualis est mulier, quæ tangit eam, quia peccatrix est numero 39. Quo- modo Pharisæus eam dicit peccatricem, eam videas poenitentem tot, & tantis demonstrationibus? O miseram hominum conditionem: quæ ut proximum valeat judicare non cogitat de his, quæ videt de præfenti, sed de illis, quæ audivit de præterito. In præfentiarum videt poenitentem, auribus audivit tempore jam elapso peccatricem; Unde Pharisæus merito reprehenditur à Christo, quia mulierem peccatricem agnoscit, cum videat eam lachrymis perfusam, divus Laurentius Novar. homilia de poenitent. ait: Indignum judicas, O Pharisæe me suscipere mulierem fornicariam, lacrymarum fontibus inundantem? Vide multa tomo tertio in Evangel. cap. 15. quæstione decima-septima numero 140. 141. & 142.

Luc. 7. Pharisæus non judicat de his que videt, sed audivit.

Act. 9. num. 15. Dixit autem ad eum Dominus, vade quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Israel. Num. 16. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

Versiones,

CUM EXPOSITIONE VII.

144. Verf. 15. Vade, quoniam vas electionis est mihi iste. Syriacus, Surge, proficiscere, quando quidem vas est mihi electum. Vatablus, Organum electum. Æthiopicus, Vas electum constitui mihi ipsum, & dicitur Ananiam juxta Syriacum, Surge proficiscere. In suis ministris vult Deus diligentiam. Quoniam vas electionis, juxta phrasim Hebraicam quodlibet instrumentum dicitur vas, sic vasa Cantici sunt instrumenta musica Amos 6. numero quinto Vasa Cantici, armis, quibus præliatur, Vasa belli Genes. 49. numero quinto, Gladii, & lanceæ, quibus inferret mors dicitur Vasa mortis. Psalm. 7. numero 14. Paulus autem dicitur vas electionis, ut pote aptissimum, & præclarissimum instrumentum omni virtute exornatum ad seminandum Dei Evangelium.

145. Coram gentibus. Ut perfectissimum munus exequatur Præconis, Legati, Prophetæ, Apostoli, Doctoris, Ducis, ac vexilliferi, non tantam corde, ore, & calamo, sed continuis, ac perpetuis la-

144.

Luc. 7.

Pharisæus non judicat de his que videt, sed audivit.

boribus, de quibus dicebat: Omnia suscipio propter electos, ut ipsi salvi fiant. 1. Timoth. 2. numero decimo, & in ultimo loco ponit: Et filiis Israel; quia ipse Paulus primario, & principaliter constitutus est Doctor, ac Magister gentium, hæcque de causa in epistola ad Hebræos ait Theodoretus in ejus commentario, in ea non se dicit Apostolum; aliam rationem assignat quidam Prefbiter apud Eusebium libro sexto Historiar. capite undecimo, quem ipse appellat Beatum; quia Christus Dominus extitit Apostolus Aeterni Parentis missus ad Hebræos Paulus gentium, & ipse præ humilitate non se dicit Hebræorum Apostolum.

Verf. 16. Ego ostendam illi, Syriacus: Quanta passurus sit propter nomen meum. Arabicus; Quanta oportet, ut accidant ei Æthiopicus: Ego custodiam eum in omni tempore. Quanta passurus erat Paulus ei manifestavit Dominus per revelationem. Unde ipse dixit infra cap. 20. numero 23. Spiritus Sanctus testatur, quod vincula, & tribulationes Jerusalemis me manent. Vel per Agabum cap. 21 numero undecimo, vel etiam ipsa experientia & recere, ut ipse ait de se in laboribus, ac tribulationibus in multa patientia.

QUÆSTIO XXI.

Quare Christus Dominus ait de Paulo: Vas electio- nis est mihi?

147. Non ait Christus Dominus de Paulo: Vas electionis est, sed addit mihi, quod valde emphaticum est illud mihi, tamquàm si esset in ejus utilitatem, sic dicitur: Segregate mihi Saulum, & Barnabam. Actor. 13. numero secundo. Populus, quem elegit in hæreditatem sibi. Psalm. 32. numero 12. Salvavit sibi dextera ejus. Psalm. 97. n. 1. Formans me ex utero servum sibi. Psalm. 49. num. 5. Salvavit sibi brachium suum. Psalm. 59. n. 16. & aliis in locis, ut Deus dicitur sibi facere, quod in nostram utilitatem operatur; tamquam si ipse magnam de nostra utilitate utilitatem caperet, ut optime expendit D. Basil. ad illa citata verba Psalm. 97. Salvavit sibi dextera ejus, ubi sic habet: Non dixit salvavit eos, sed salvavit sibi, immensa enim benignitate usus mortalium vitam suam dicit esse emolumentum.

Quæstio principaliter inquit: Cur paulus dicat Vas electionis, seu Vas electum, de quo multa dicunt Sancti Patres, qui verbis videntur differre, & in eundem sensum recidunt. Primo Vas electionis ratione divinæ prædestinationis, seu ordinationis ad magnam gratiam, & gloriam juxta illud ad Galat. 1. numero 15. Cum autem placuit ei, qui me segregavit ab utero matris mee; & vocavit per gratiam suam. Et ait D. Hieronymus, & in hoc sensu ipse paulus vocat electos vasa in honorem, reprobos vero vasa in contumeliam. 2. Timoth. 2. n. 20.

Secundo Divus Chrysofomus, Oecumenius tamquam ad ejus indolem respicientes vas electis, ut idoneum, & aptum instrumentum ad magna, & alta efficienda in prædicatione Evangelica, & ut ait D. Chrysofomus qui totus erat fervidus ad errores tuendos inhiens Christianorum cædes, totus converteretur, ac mutaretur ad veritatem tuendam, & ad errores Judæorum, ac gentium deval- tandos.

Tertio Divus Gaudentius tractatu octavo quia Divus Paulus suam puritatem, ac virginitatem, D. Gaud. 150. Virgine

1. Tim. 2.

Cur non dicitur Apostolus in epistola ad Hebræos.

Theod. Euseb.

146. Syriac. Arabic. Æthiop.

Act. 20.

147.

Act. 13. Psalm. 32. Psalm. 97. Psalm. 49.

Psalm. 59.

Deus nostram utilitatem suam re- perit.

148.

Vas electio- nis ratio- ne divina prædesti- nationis Galat. 1.

149.

D. Chry- stomus. Oecum. Converterit totus indolem.

150.

D. Gaud.

Virgineumque animum in suo illibato, ac puro corpore tamquam in vase electo à Domino servavit. Quarto Divus Hieronymus in c. 8 Osee ait: Paulus vas electionis, quia est vas legis, & Sacrarum Scripturarum armamentarium. Ut noster D. Anton. Olysiptensis vocatus est à Summo Pontifice Gregorio IX. A. ca Testamenti.

Paulus armamentarium scripturarum.

151. Origen. D. Ambr. Vas sapientia.

Prov. 20.

152. d. Prop. 1. cap. 34. ait, quod ut Deus liberaret populum suum de Aegypto dedit Moyse mediatorem, precipiens ei, Ut sibi sociaret fratrem suum Aro.

Exod. 4. Pharaonem, & populum, sic Aeternus Pater, ut mundum salvaret dedit nobis mediatorem Christum Jesum Filium ejus unigenitum, & ei associavit Paulum vas electum, ut ipsum annuntiaret, & loqueretur ad Reges, & populos.

153. d. Tho. Eccl. 50.

Paulus vas pretiosum, cuius virtute ac labore ornatum.

154. Cajetan. Paulus vas omnium gratiarum.

155.

Deus in vase effudit omnes virtutes, ut in alio refunderet.

156. Eccl. 43.

D. Dion.

rali, hæc non se claudit, sed diffunditur: Illuminat totum terrarum orbem, & ejus abditos receptaculos, ut advertit Divus Ambrosius 4. Hexamer. capite quinto, Deinde Sol sua virtute omnibus dat vitam, vigorem, motum, & conservacionem; unde est illud Aristotelis. Sol, & homo generant hominem; sic & Paulus vas admirabile, opus Excelsi, & Altissimi, in quo Deus mirifice ostendit magnitudinem suæ omnipotentia infundens in illum tantam sapientiam, lucem, ac virtutem, non ut eum in se contineret, sed ut in alio diffunderet, ut sapientia illuminaret, virtute, & charitate foveret, aleret, & nutrirer: Ut poteret nomen meum coram gentibus, regibus, ac filiis Israël.

D. Ambr.

Aristot.

Paulus sua sapientia creat, ac nutrit.

157.

Gen. 44.

Lycan. Abulen. Hugo. Lahai. D. Ambr.

Sapientia Pauli ad totius orbis salutem.

QUÆSTIO XXII.

Quare inter tot millia millium Sanctorum unus Paulus dicitur insigniter designatus, ut sit vas electionis?

Ad quætionem respondet Divus Chrysostomus qui totus est Encomiastes Pauli homilia octava de ejus laudibus, & quod ipse præcellit merito, & gratia non solum Patriarchis, Prophetis, Apostolis, & Sanctis omnibus, sed etiam Angelis, Cherubinibus, & Seraphinis, & libro primo de Providentia ait: Nullus Paulo major est, aut etiam æqualis: & homilia decima octava in caput undecimum ad Roman. ait: Astra quidem cum fierent, admirabantur Angelis; Hunc vero Deus ipse admiratus est dicens, vas electionis iste mihi est, tamquam si in externa apparentia Christus Dominus videretur ostendere admirationem, quod ab æterno Parente tantum vas plenum gratia, & meritis constitueretur, indeque tamquam admirationem ostendens ait: Vas electionis est mihi, ideoque inter ceteros insigniter dicitur vas electionis.

158. D. Chry. solt.

Nullus Paulo major est etiam æqualis.

quod primo confirmo: Ait ipse Paulus 1 Corinth. 15. n. 10. Abundantius illis omnibus laboravi. Syriac. Plusquam

259. Arabic.

Plusquam omnes. Ex quo conficio hoc argumentum: Meritum desumitur ex laboribus, operibus ac factis pro Deo: atqui Paulus plus laborans operatus est plusquam omnes: ergo ejus meritum majus cæteris omnibus est. Pulchre Divus Hieronymus epistol. ad Paulinum ubi ait: Subitus calor longum vincit torporem Paulus de persecutore mutatus, novissimus in ordine, primus in meritis est, quia licet extremus, plus omnibus laboravit: Expende illud primus in meritis est.

D. Hier.

160. Galat. 2.

D. Dion. Paulus transformatus in Christum

D. Dion.

161. D. Chry. solt. Christi cor tabula de picta ab Spiritu Sancto.

162. Paulus crucifixus cum Christo.

D. Hier.

163. Pra. ceteris maxime unitus cum Deo.

164.

quod ipse fuerit, Prodigium naturæ, portentum universi, miraculum gratiæ, opus omnipotentia, manifestatio Sapientiæ Dei, benignitas misericordiarum, cor transformatum, Scripturarum Armamentarium, Judæorum terror, gentium Doctor, Vas electionis, Christi Apostolus, Dei servus electus, & dilectus, judex hominum, ac Angelorum 1. Corinth. 6.

Alia elogia Pauli.

QUÆSTIO XXIII.

Quare insigniter, ac peculiariter datum est Paulo portare nomen Jesu?

Ad portandum nomen Domini summa puritas, vitæ integritas omni cum probitate morum ob illius supremam sanctitatem requiritur, ut notat Divus Isidorus, Puleus lib. 8. epistol. 8. unde exponendo ait neus per David psalm. 49. numero decimo-sexto: Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras justitias, & assumis testamentum per os tuum? ex Hebræo legitur: Quid tibi cum enarrandis justitiis meis: tamquam si dicat, nullum est commercium, nulla est convenientia, ut explicat noster Incognitus.

165.

Multa puritas ad Jesu nomen portandum.

Et hæc cum ita sint, insigniter datum est Paulo inter omnes portare nomen Domini, ut ipse ait, ostendantur divitiæ misericordiæ dei, quod expectatore, & persecutore fecit vas pretiosissimum in sua Ecclesia ornatum omni lapide pretioso omnium virtutum ad portandum suum nomen per totum mundum. primo ut illius Preco; Secundo ut Legatus ipsius Regis, Tertio ut Doctor gentium, Quarto, ut primus miles ferens vexillum Domini sui, ait ipse, Stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Galat. 6. numero decimo-septimo Stigmata ut explicat D. Chrysostomus, D. Hieronymus, & Theodoretus, ac ceteri Patres, ac moderni, est quedam nota facta ferro candenti in fronte, vel facie, ut solent fieri in captivis, ut cognoscantur; hanc secum Paulus asportabat in fronte, ut agnosceretur Christi servus, quod de nullo alio legitimus in illa primitiva Ecclesia, & ita asportabat nomen Domini in corde ferventissimo amore, ore efficacissimis verbis, & opere per continuos labores, carceres, & afflictiones, in quibus omnibus præclarissime se ostendebat vas electionis ad portandum nomen Domini.

166.

Quomodo Paulus portavit nomen Domini.

Galat. 6. D. Chry. solt. D. Hier. Theod.

De se ait ipse 1. Corinth. 10. numero 33. Ego per omnia omnibus placeo non querens, quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. Hic electus Princeps inde recta sua legatione fungebatur, quia sui oblitus in aliorum utilitatem erat impensus quoad munus sibi commissum, & inde ostendebat probitatem, ac præstantiam suæ electionis D. Isidor. Pelusiot. lib. 3. epistol. 25. ait: Generosus ille Paulus, præstantissimus, inquam, ille dux qui Regis electioni minime dedecori fuit, atque nihil omnino aliud, quam Ecclesia utilitatem ob oculos propositam habens, privata commoda negligebat, omnia ad Ecclesiam adificationem fieri oportere clamabat. Expende illa verba: Regis electioni minime dedecori fuit. Ille est optimus minister electus à magno Principe, qui non sua, sed commune bonum intendit, de eoque sollicitus est, & in hoc maxime nobilitatur, ac comprobatur principalis electio, quod tantum, ac talem ministrum sibi assumpserit.

166. 1. Cor. 10.

D. Isidor. Pelusiot.

Ex bono ministro honoratur electio.